

*Der geistliche Richter des Bistums Chur gebietet dem Jörg Dieprecht von Bendern, dem Pfarrer Kaspar Ammann von Eschen den Zehnten von seinen in der Pfarrei liegenden Gütern nach alter Gewohnheit zu entrichten.*

*Or. (A), Liechtensteinisches LandesA, Pfäfa 2. – 27/20,5 (Plica 3,4) cm. – Am rechten Rand ein ca. 7/4 cm grosses Loch im Pg. – Siegel des Geistlichen Gerichts Chur in Holzkapsel abh. – Siegelbeschreibung und Abbildung siehe: Liesching/Vogt, Siegel. In: JBL 85 (1985) Nr. 132, S. 132. Rückvermerk (15 Jh.): Johannes Hopper<sup>1</sup>, vicarius Curiensis. Eschen vmm etlich zechend vrtailbrief N<sup>o</sup> 24 de dato 1454. Hanc descriptam legere poteris in libris annalibus ad hunc annum. Regest: Wegelin, Regesten Pfävers, 575. – Schädler, Pfarrei Eschen, S. 29.*

¶ In<sup>a)</sup> nomine domini amen. ¶ Iudex<sup>b)</sup> ecclesie Curiensis omnibus praesencium inspectoribus subscriptorum noticiam in domino cum || l<sup>2</sup> salute. Noveritis et noverint universi et singuli, quoscumque praesens tangit tangereve poterit negocium quomodolibet nunc vel || l<sup>3</sup> in futurum etc. In causa decimali mota coram nobis inter dominum Caspar<sup>2</sup> plebanum parrochialis ecclesie in Eschen<sup>3</sup> Curiensis || l<sup>4</sup> dyocesis actorem ex una et Ieorium Dieprecht laicum de villa Penderum<sup>4</sup> eiusdem dyocesis reum partibus ex altera proponente l<sup>5</sup> dicto actore, quod licet reus ipse certa predia infra limites ecclesie parrochialis in Eschen sita habeat, de quibus l<sup>6</sup> decima ad plebanum ibidem supradictum pertineat, idem tamen reus decimam de bonis eisdem secundum consuetudinem ecclesie p(arrochialis)<sup>c)</sup> l<sup>7</sup> in Eschen rationabilem et prescriptam dare et solvere recusaret et recusat in anime sue periculum [et in dampnum]<sup>d)</sup> l<sup>8</sup> non modicum ipsius actoris, videlicet quod tempore eo, quo frumenta metuntur, manipuli omnes predii vel ag(ri) [...] e<sup>l</sup> l<sup>9</sup> sit, in bigam vel cumulum portantur et de cumulo illo f) taliter vel biga rectari decima solvitur et pres[...]<sup>g)</sup> l<sup>10</sup> Actor ipse petiit per nos nostramque sententiam diffinitivam decerni pronunciari et declarari ipsum reum decimas sol(vere) [...] h) l<sup>11</sup> et tenere de bonis suis sitis infra limites ecclesie parrochialis supradicte in Eschen secundum consuetudinem ecclesie eiusdem [...] i) l<sup>12</sup> autem reus respondit sibi de illa consuetudine non constare, sed peteret iustitiam. Super quibus partes ipse per nos nostramque s(ententiam)<sup>j)</sup> l<sup>13</sup> diffinitivam petierant declarari. Nos autem in causa huiusmodi valentes simpliciter et de plano procedere, ut de iure congruit, auditis [...] k) l<sup>14</sup> omnia testibus per actorem productis super huiusmodi consuetudine ad nostram diffinitivam sententiam procedendum duximus et processimus eamque per ea [que] l<sup>15</sup> ex deposicione testium vidimus et cognovimus in hunc, qui sequitur, tulimus modum: Cristi nomine invocato pro tribunali sedendum et solum deum l<sup>16</sup> pre oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam serimus in hiis scriptis, decernimus, declaramus et pronunciamus ipsum reum l<sup>17</sup> de prediis et bonis infra limites parrochialis ecclesie supradicte sitis decimam debere solvere secundum consuetudinem allegatam l<sup>18</sup> ecclesie parrochialis in Eschen, quam et nos decernimus per praesentes rationabilem et prescriptam. Datum in opido Velkirch<sup>5</sup>, l<sup>19</sup> die tertia mensis septembris, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto indictione secunda.

a) Initiale I 8,2 cm lang. – b) Initiale I 1,4 cm hoch. – c) Loch im Pg. ca. 1,8 cm. – d) Loch im Pg. 2,8 cm. – e) Loch im Pg. 3 cm. – f) Es folgt durchgestr. irr. wiederholtes illo. – g) Loch im Pg. 2 cm. – h) Loch im Pg. 1,5 cm. – i) Loch im Pg. 1,5 cm. – j) Loch im Pg. 1,2 cm. – k) Loch im Pg. 1 cm. – l) Loch im Pg. 0,5 cm. – m) Loch im Pg. 0,7 cm.

<sup>1</sup> Johannes Hopper, 1460-1483 Dompropst. – <sup>2</sup> Kaspar Ammann, 1446-†1457. – <sup>3</sup> Eschen. – <sup>4</sup> Bendern, Gem. Gamprin. – <sup>5</sup> Feldkirch, Vorarlberg (A).